

8129^a Gemella, salve! | Salvete, mei parentes! | et tu, salve, quisquis es!

8129^b ossa | Nicenis hic sita sunt. | Superi vivte (*sic*), valete! | infri (*sic*), havete, recipite Nicenem.

Romae in monumento Stataliorum ad portam Praenestinam (cf. supra N. 7407) rep. (VI 6457. 6492 = Brizio sepolcri scop. sull' Esquilino n. 472. 473).

8130 ave, | Herennia Crocine, | cara sueis. Inclusa hoc tumulo | Crocine, cara sueis. Vixi ego, | et ante aliae vixerunt puellae. | Iam satis est. Lector discedens | dicat: Crocine, sit tibi terra | levis¹. Valete superi.

Gadibus (II 1821 semel, accurate ut videtur, descripta saec. XVII). Versuum centones, cf. Buecheler carm. epigr. 1566. — 1) Sic etiam supra N. 7583. 7984. 7995, infra N. 8153 seq. et alibi passim; s. t. t. l. potissimum in titulis Hispaniae, cf. supra N. 4555. 4659. 4960. 6902. 7593. 7596. 7749. 7766. 7802, sed et alibi, cf. supra N. 2430. 2654; levis sit tibi terra N. 2317, terra tibi levis sit N. 7286 (t. t. l. s. 4599).

8131 L. Antonius C. f. Gal, | Antillus sacerdos, | homo optumus, h. s. e., s. t. t. l.¹ | Te rogo praeteriens² cum | legis ut dicas³: sit tibi t. l.

Gadibus (II 1728 videt Huebner). — 1) Cf. N. 8130. — 2) In alio lapide Baeticu II 4752 est: t. r. p. dicas s. t. t. levis. — 3) Similiter X 2742 et alibi.

8132 have Septima, sit tibi | terra levis.

Quisqu[e]¹ huic tumulo pos[suit]² ardente lucer[nam]³, illius ciner[es] aurea terra tegat.

Salerni (X 635 videt Mommsen; Ritschl tab. XCVIe). Buecheler carm. epigr. 1508. — 1) Ultima littera abrasa (requiritur quisquis). — 2) Altera s. videtur nescio quo errore postmodum intrusa (cf. Ritschl tab.). — 3) Cf. Marquardt Privall. d. Römer ed. 2 p. 568 not. 4; infra N. 8566. 8568.

8133 bene sit nobis, Iulia | Glyconis cum filio | suo. Sit tibi terra levis.

Romae (VI 20487 aliquoties descripta saec. XVI).

8134 bene sit tibi¹ qui | iacis intus et tu | qui trasis et leges | hunc titulum | opta tibi terra | leve.²

Ostiae rep. (XIV 1873 videt de Rossi). — 1) Similiter supra N. 7552. 8153 et alibi. — 2) Buecheler carm. epigr. 128 versus duos senarios putat improbe pronuntiatos.

8135 dis manibus | M. Acutius | Salutaris | fecit sibi et Turulliae | coniugi suae. | Bene valeas religiose qui | hoc legis!¹ | bene sit filis filiabus meis | qui me bene coluerunt.

Romae (VI 40558 cf. p. 5506 saepius descripta saec. XV. XVI). — 1) Cf. III 8177. 8294: bene valeas qui me salutas; similia passim.

8135^a Octavia Ap[ro]¹, vixsit | anis XXII. | Tu quicumque le[g]is, | sit tibi suavite[r.]

Florentiae, Romae ut videtur rep. (VI 35979 videt Bormann). — 1) Ἀφρόδ.